Feria Quarta post Festum Sanct
Catherina Virginis & Martyris pro
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Sexto. 26/XI 1636
Wyszynski Filio suo donat

dendo Possessori vero castrensi capitaneo Rzemuskiensi Jurisdictioni se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie incorporando atque subjiciendo
palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse bona sua propria et hereditaria
infrascripta videlicet totam et integram sortem suam hereditariam in villa Wlasty cacen
octem Kotowska in Palatinatu Podlachiae districtu vero Branscensi consistentem in se recognoscentem
post praedictum olim Parentem suum jure divino et naturali successione devoluta
cum omni eorundem bonorum jure dominio proprietate et propinquitate tituloque hereditario
sumque omnibus et singulis bonorum praefatorum utilitatibus fructibus proventibus
redditibus et emolumentis obventionibusque quocumque modo ex bonis praefatis provenientibus
attinentibusque et pertinentibus bonorum eorundem generaliter universis nihil expressis jurisdictionibus
proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogativae prorsus recognoscentibus suisque successoribus
aut alio quopiam reservando et excipiendo verum ita late longe circumferentialiterque
prout praefatorum bonorum hereditas se in suis metis et limitibus ab antiquo extendit
et protenditur et prout eadem bona ipsemet recognoscens nobilis Stanislaus Wyszyn
ski tenuit habuit et possidebat ipsumque concernebant ac eidem servebant jam ennunc
et de facto nobili Stanislao Wyszynski filio suo eiusque posteris dedit donavit inscripsit
et resignavit prout praesentibus dat donat inscribit et resignat pura mera nacere
ac irrevocabili donatione perpetuo et in aevum irrevocabiliterque in quo quidem bona
praesentia per se recognoscentem donata idem recognoscens nobilis Stanislaus Wyszynski
tat et admittit coram officio praesenti eidem nobili Stanislao Wyszynski filio et
donatario suo eiusque posteris realem intromissionem et actualem pacificamque possessionem
per ministerialem quemcumque Regni Generalem et Mensis duos ipsi nunc ab officio praesenti
additos et deputatos de quacumque voluerit officiose acceptare. Per ipsum
nobilem Stanislaum Wyszynski filium et donatarium suum eiusque successores bona
eadem praesentibus sibi donata tenendi habendi et possidendi illisque pacifice et quiete
utifruendi ad suosque et suorum successorum quoscumque beneplacitos vigore eiusdem
inscriptionis donatoriae libere et effectualiter convertendi perpetuo et in aevum
temporibus hac sua praesenti personali et spontanea recognitione [illegible] omnia [illegible].

Iwankowiczowie Kruwni Vendunt

Coram officio et actis praesentibus castrensibus capitaneo Rzemuskiensi personaliter comparentes Honesti Andreas Iwan
kowicz olim Honesti Iwan dicti Siewczyk cum Honesta Hasia protestatus filius et Kulina pri
marum olim praefati Honesti Iwani Siewczyk ad praesens vero secundarum nuptiarum Honesti Mar
tini Fedorowicz hic ut latus ipsis personaliter stantes et ad infrascripta recognoscentes libere

consistentes consortes legitima sani mentibus et corporibus existentes recedentes a jure toto [illegible]
[illegible] sua quatenus propria et competenti praesenti vero castrensi capitaneo Rzemuskiensi jurisdictioni se cum
successoribus bonisque suis generaliter omnibus quo ad actum praesentem attinet totaliter et plenarie in
corporando atque subjiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum
seorsim recognovit. Quia ipsi potissimum praefatus Iwankowicz suo et Honestorum Sienko
et Misko Iwankowiczow fratrum suorum germanorum nominibus pro quorum ratihabi
tione cavet ac se praesentibus sub vadio infrascripto inscribit nominibus bona sua pro
pria infrascripta videlicet Hortulaniam dictam Kilczakowska cum Horto et aedificiis ibidem
sitam in villa Krowniki Sacrae Regiae Maiestatis ad capitaneatum praesentem Rzemuskiensem spectantem in praefa
tos quidem Iwankowicze jure hereditario post praedictum olim Parentem eorum devoluta in
memoratum vero Honestam Kulina ex vi jurium eius a priore marito habitorum devoluta
cum omni jure dominio proprietate tituloque hereditario cumque omnibus et singulis bonorum
eiusdem Hortulaniae utilitatibus fructibus proventibus commodis et emolumentis quocumque
modo ex bonis praefatae Hortulaniae provenientibus attinentibusque et pertinentibus bonorum eorundem generaliter universis
sis nullis exceptis nec prorsus recognoscentibus suisque successoribus aut alio quopiam reservatis
sed omnibus in genere et singulis in specie comprehensis generaliter per speciem et e
contra in nullo derogando verum ita late longe circumferentialiterque prout praefatorum
bonorum hereditas se in suis metis et limitibus extendit et protenditur et prout ea
dem bona Hortulaniae praefatae supra scripta recognoscentes ipsemet tenuerunt habuerunt et
possidebant illisque utifruebantur ipsisque concernebant ac eisdem servebant. Jam
ennunc et de facto Honestis Misko dicto Iwanczyszczyk et Tesie incolis villae
dictae Krowniki eorumque posteris pro summa sexaginta florenorum pecuniae polonicalium per se
recognoscentes realiter lecta et percepta de qua praedictos Misko et Tesia Iwanczyszczyka
quietant emittunt et liberos faciunt. Vendiderunt inscripserunt et resignaverunt
prout vendunt resignant et modo venditorio inscribunt temporibus aeternis
sumque ennunc idem recognoscentes Honesti Andreas Iwankowicz et Kulina Fedoro
wiczowna eisdem Honestis Misko Iwanczyszczyk et Tesie incolis Krowniczensibus eorumque
posteris in eadem bona per se praesentia vendita dant et admittunt realem intromissionem
et actualem pacificamque possessionem secundum juris Maideburgensis observantiam
die quacumque voluerit officiose acceptandam. bona eadem tenendi habendi possidendi illisque
pacifice et quiete utifruendi ad suosque et suorum successorum quoscumque beneplacitos vigore
libere et effectualiter convertendi perpetuo et in aevum debentque et tenebuntur idem
recognoscentes prout se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus inscri
bunt et obligant praesentibus eosdem Honestos Miskum et Tesiam incolas villae Krowniki eorumque
successores in eisdem bonis venditis et occasione eorundem ab omnibus impedimentis
et oneribus iuridicis totiesque quotiens opus fuerit tueri defendere evincere et inter
cedere indemnemque et indemnes reddere bonaque praefata munda et libera semper facere